

» prælio<sup>1</sup> apud Salamina facto, litteris eum certiozem feci,  
 » id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur,  
 » atque ab hostibus circumiretur; quo nuntio ille periculo est  
 » liberatus. Nunc autem ad te confugi, exagitatus<sup>2</sup> a cunctâ  
 » Græciâ, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non  
 » minus<sup>3</sup> me bonum amicum habebis, quàm fortem inimicum  
 » ille expertus est. Ea autem rogo<sup>4</sup>, ut de iis rebus, de quibus  
 » tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eoque trans-  
 » acto, me ad te venire patiaris. »

X. Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque  
 talem virum sibi conciliari<sup>5</sup>, veniam<sup>6</sup> dedit. Ille omne illud  
 tempus litteris sermonique<sup>7</sup> Persarum dedit: quibus adeo eru-  
 ditus est, ut multò commodiùs<sup>8</sup> dicatur apud regem verba  
 fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum  
 multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti  
 consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum, magnis  
 muneribus ab Artaxerxe donatus<sup>9</sup>, in Asiam rediit, domici-  
 liumque Magnesiæ<sup>10</sup> sibi constituit. Namque hanc<sup>11</sup> urbem ei  
 rex donârat, his usus verbis: quæ ei panem præberet (ex  
 quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant<sup>12</sup>);  
 Lampsacum, unde vinum sumeret; Myuntem, ex quâ obsoni-  
 um haberet. Hujus<sup>13</sup> ad nostram memoriam monumenta  
 manserunt duo, sepulcrum prope oppidum<sup>14</sup>, in quo est se-  
 pulchrum, statuæ in foro Magnesiæ. De cujus morte multamodis<sup>15</sup>  
 apud plerosque scriptum est: sed nos eundem potissimum  
 Thucydidem auctorem probamus<sup>16</sup>, qui illum ait Magnesiæ  
 morbo mortuum; neque negat fuisse famam, venenum suâ

<sup>1</sup> Prælio, habiendo dado la batalla. <sup>2</sup> Exagitatus, acosado ó perseguido. <sup>3</sup> Non minus, hallarás en mí un tan fiel amigo, como Jérges me experimentó su enemigo jurado. <sup>4</sup> Ea autem rogo, lo que te pido, pues, es.

X. <sup>5</sup> Sibi conciliari, se le hiciese amigo. <sup>6</sup> Veniam, le concedió el permiso de mantenerse en la Persia. <sup>7</sup> Litteris sermonique, empleó todo aquel tiempo en las ciencias y lengua persiana. <sup>8</sup> Multò commodiùs, con mucha mayor facilidad. <sup>9</sup> Muneribus donatus, habiéndole hecho Artaxerjes grandes regalos. <sup>10</sup> Magnesiæ, ciudad de la Jonia, y muy fértil en trigo. <sup>11</sup> Namque hanc, porque el rey le habia hecho donacion de esta ciudad. <sup>12</sup> Quotannis redibant, le retribuaba cada año. <sup>13</sup> Hujus, de Themistocles. <sup>14</sup> Prope oppidum, cerca de Atenas. <sup>15</sup> Multimodis, con variedad. <sup>16</sup> Thucydidem probamus, digo, ó doy crédito...

sponte sumpsisse, cum se, quæ regi de Græciâ opprimendâ<sup>1</sup>  
 pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem ossa ejus clam  
 in Atticâ ab amicis esse sepulta, quoniam legibus<sup>2</sup> non conce-  
 deretur, quòd proditionis esset damnatus, memoriæ prodidit<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Opprimendâ, de avasallar. <sup>2</sup> Legibus, prohibian las leyes que los traidores de la patria fuesen enterrados en la Atica. <sup>3</sup> Prodidit memoriæ, dejó escrito.

## CIMON.

Cap. I. Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis, duro<sup>1</sup> admodum  
 initio usus est adolescentiæ. Nam cum pater ejus litem æsti-  
 matam<sup>2</sup> populo solvere non potuisset, ob eamque causam in  
 vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodiâ<sup>3</sup> tenebatur,  
 neque legibus Atheniensium emitti poterat<sup>4</sup>, nisi pecuniam,  
 quâ pater mulctatus erat, solvisset. Habebat autem in matri-  
 monio sororem germanam<sup>5</sup> suam, nomine Elpinicen, non magis  
 amore quàm patri more ductus<sup>6</sup>: nam Atheniensibus licet  
 eodem patre natas uxores<sup>7</sup> ducere. Hujus conjugii cupidus Cal-  
 lias quidam, non tam generosus<sup>8</sup> quàm pecuniosus<sup>9</sup>, qui mag-  
 nas pecunias ex metallis<sup>10</sup> fecerat, egit cum Cimone, ut eam  
 sibi uxorem daret: id si impetrâsset, se pro illo pecuniam  
 soluturum<sup>11</sup>. Is cum talem conditionem<sup>12</sup> aspernaretur, Elpi-  
 nice negavit<sup>13</sup> se passuram Miltiadis progeniem<sup>14</sup> in vinculis  
 publicis interire; quoniamque prohibere posset, se Callia  
 nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstitisset<sup>15</sup>.

II. Tali modo custodiâ liberatus Cimon, celeriter ad pri-

I. INTERP. <sup>1</sup> Duro, experimentó muy fuertes trabajos en los primeros años de su juventud, ó fué muy desgraciado. <sup>2</sup> Litem æstimatam, la multa tasada en cincuenta talentos. <sup>3</sup> Eadem custodiâ, en la misma prision. <sup>4</sup> Emitti poterat, podia ser puesto en libertad. <sup>5</sup> Germanam, hermana carnal. <sup>6</sup> Ductus, inducido ó movido. <sup>7</sup> Ducere uxores, casarse con las hijas, etc. <sup>8</sup> Generosus, noble. <sup>9</sup> Pecuniosus, adinerado, rico. <sup>10</sup> Metallis, de las minas. <sup>11</sup> Pecuniam soluturum, pagaria por él el dinero. <sup>12</sup> Conditionem, este partido. <sup>13</sup> Negavit, dijo que no permitiría. <sup>14</sup> Progeniem, que alguno de los hijos. <sup>15</sup> Præstitisset, si cumpliese.



cipatum<sup>1</sup> pervenit. Habebat enim satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam<sup>2</sup> cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre puero in exercitu fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum<sup>3</sup> in suâ tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud flumen Strymona<sup>4</sup> magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolim<sup>5</sup> constituit, eoque decem millia Atheniensium in coloniam<sup>6</sup> misit. Idem iterum apud Mycalem<sup>7</sup> Cypriorum et Phœnicum ducentarum navium classem devictam cepit<sup>8</sup>, eodemque die pari fortunâ<sup>9</sup> in terrâ usus est. Namque hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit<sup>10</sup>, barbarorum uno concursu<sup>11</sup> maximam<sup>12</sup> vim prostravit. Quâ victoriâ, magnâ prædâ potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ propter acerbitem<sup>13</sup> imperii defecerant<sup>14</sup>, bene animatas<sup>15</sup> confirmavit, alienatas<sup>16</sup> ad officium<sup>17</sup> redire coegit. Scyrum<sup>18</sup>, quam eo tempore Dolopes incolabant, quod contumaciùs<sup>19</sup> se gesserant, vacuefecit<sup>20</sup>, possessores veteres<sup>21</sup> urbe insulâque ejecit, agros civibus<sup>22</sup> divisit. Thasios<sup>23</sup>, opulentiam fretos, suo adventu fregit<sup>24</sup>. His ex manubiis<sup>25</sup> Athenarum arx, quâ ad meridiem vergit<sup>26</sup>, est ornata<sup>27</sup>.

III. Quibus rebus cum unus in civitate maximè floreret<sup>28</sup>, incidit in eandem invidiam<sup>29</sup> quam pater suus, ceterique

II. <sup>1</sup> Principatum, llegó á sér uno de los principales de la ciudad. <sup>2</sup> Prudentiam, pericia. <sup>3</sup> Populum urbanum, fué dueño de los ciudadanos, ó tuvo de su parte. <sup>4</sup> Strymona, Strimon. <sup>5</sup> Amphipolim, reedificó á Anfipolis. <sup>6</sup> In coloniam, poblarla. <sup>7</sup> Mycalem, Micalé (ciudad y monte de la Jonia). <sup>8</sup> Cepit, apresó. <sup>9</sup> Pari fortunâ, tuvo igual felicidad. <sup>10</sup> Eduxit ex classe, desembarcó. <sup>11</sup> Uno concursu, en una sola batalla. <sup>12</sup> Maximam, derrotó una gran multitud. <sup>13</sup> Propter acerbitem, por el demasiado rigor del gobierno. <sup>14</sup> Defecerant, se habian rebelado. <sup>15</sup> Bene animatas, aseguró á las que estaban bien afectas. <sup>16</sup> Alienatas, las ya rebeldes. <sup>17</sup> Ad officium, á la obediencia. <sup>18</sup> Scyrum, Sciro (isla del mar Egeó). <sup>19</sup> Contumaciùs, con mas obstinacion ó rebeldia. <sup>20</sup> Vacuefecit, despobló. <sup>21</sup> Possessores veteres, los antiguos habitantes. <sup>22</sup> Civibus, entre los ciudadanos atenienses. <sup>23</sup> Thasios, pueblos de Taso (isla vecina á la Tracia). <sup>24</sup> Fregit, reprimió. <sup>25</sup> His ex munubiis, con los despojos de esta guerra. <sup>26</sup> Quâ ad meridiem vergit, por la parte que mira al mediodia. <sup>27</sup> Ornata, se construyó magnificamente.

III. <sup>28</sup> Cum unus maximè floreret, siendo el que mas sobresalia. <sup>29</sup> Incidit in eandem invidiam, cayó en el mismo aborrecimiento...

Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum exsilio mulctatus est. Cujus facti celerius Athenienses, quam ipsum, pœnituit. Nam cum ille forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis<sup>1</sup> desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio<sup>2</sup> Lacedæmoniorum utebatur, satius<sup>3</sup> existimans eos et cives suos inter se unâ voluntate consentire<sup>4</sup>, quam armis contendere, Lacedæmomen suâ sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit<sup>5</sup>. Post neque ita multò, Cyprum cum ducentis navibus imperator<sup>6</sup> missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus<sup>7</sup>, in oppido Cizio est mortuus.

IV. Hunc Athenienses, non solum in bello, sed in pace diu desideraverunt<sup>8</sup>. Fuit enim tantâ liberalitate, cum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam eis custodem imposuerit fructus servandi gratiâ, ne quis impediretur, quominus ejus rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum pedisequi cum nummis<sup>9</sup> sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe cum aliquem offensum fortunâ<sup>10</sup> videret minus bene vestitum, suum amiculum<sup>11</sup> dedit. Quotidie sic cœna<sup>12</sup> ei coquebatur, ut quos invocatos<sup>13</sup> vidisset in foro, omnes convocaret<sup>14</sup>: quod facere nullum diem prætermitebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris<sup>15</sup> defuit: multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur<sup>16</sup> non reliquis-

<sup>1</sup> Notæ ejus virtutis, se experimentó la falta de su acreditado valor. <sup>2</sup> Quod hospitio, porque tenia con los Lacedemonios la correspondencia de una reciproca hospitalidad. <sup>3</sup> Satiùs, por mas conveniente. <sup>4</sup> Unâ voluntate consentire, que estuviesen acordes. <sup>5</sup> Conciliavit ajustó. <sup>6</sup> Imperator, en calidad de almirante. <sup>7</sup> Implicitus in morbum, habiendo enfermado, acometido de una enfermedad.

IV. <sup>8</sup> Desideraverunt, echaron ménos á Cimon. <sup>9</sup> Pedisequi cum nummis, limosneros. <sup>10</sup> Offensum fortunâ, cuando á alguno maltratado de la fortuna le veía mal trajeado. <sup>11</sup> Amiculum, capa. <sup>12</sup> Cœna, de tal manera se le disponia la comida. <sup>13</sup> Invocatos, que nadie los habia convidado. <sup>14</sup> Convocaret, á todos los convidaba. <sup>15</sup> Res familiaris, hacienda. <sup>16</sup> Unde efferrentur, con que llevarse á enterrar.



sent, suo sumptu<sup>1</sup> extulit. Sic se gerendo<sup>2</sup>, minimè est mirandum, si et vita ejus fuit secura, et mors acerba.

<sup>1</sup> *Suo sumptu*, los hizo enterrar á su costa. <sup>2</sup> *Sic se gerendo*, portándose de este modo.

## CONON.

Cap. I. Conon, Atheniensis, Peloponnesio bello accessit<sup>1</sup> ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit. Nam et prætor pedestribus exercitiis præfuit, et præfectus classis res Magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos<sup>2</sup> habitus est: namque omnibus unus insulis præfuit<sup>3</sup>, in quâ potestate<sup>4</sup> Pharas cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo<sup>5</sup> Peloponnesio bello prætor, cum apud Ægosflumen copiam Atheniensium a Lysandro sunt devictæ. Sed tum abfuit, eoque pejus res administrata est: nam et prudens<sup>6</sup> rei militaris, et diligens erat imperator<sup>7</sup>. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

II. Rebus autem afflictis<sup>8</sup>, cum patriam obsideri audisset, non quæsit ubi ipse tuto viveret, sed unde præsidio esset civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapam

I. INTERP. <sup>1</sup> *Accessit*, comenzó á emplearse en los negocios de la república, entró en el gobierno de la república. <sup>2</sup> *Præcipuus honos*, le honraron con particularidad. <sup>3</sup> *Unus præfuit*, fué el único comandante. <sup>4</sup> *Quid potestate*, en tiempo de cuyo gobierno. <sup>5</sup> *Extremo*, al fin de la guerra del Peloponeso. <sup>6</sup> *Prudens*, práctico en la milicia, sabía muy bien el arte militar. <sup>7</sup> *Diligens erat imperator*, y desempeñaba con actividad y valor la obligación de general.

II. <sup>8</sup> *Rebus autem afflictis*, estando, pues, las cosas en un estado tan lastimoso...

Pharas. Hubo dos ciudades de este nombre, una en Tesalia, y otra en Mesenia á los confines de Laconia. De esta habla el autor.

*Si adfuisset*. Si hubiera asistido.

Muchos autores griegos aseguran que se halló en esta derrota, y que se refugió con ocho galeras á Evágoras, rey de Chipre.

Ioniam et Lydiam, eundemque generum<sup>1</sup> regis et propinquum; apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effectis<sup>2</sup> periculis. Nam cum Lacedæmonii, Atheniensibus devictis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maximè impulsus a Tissapherne, qui ex intimis<sup>3</sup> regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedæmoniis coterat<sup>4</sup> societatem; hunc adversus<sup>5</sup> Pharnabazum habitus est imperator: re quidem veram<sup>6</sup> exercitum præfuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum<sup>7</sup> Agesilaum impedivit<sup>8</sup>, sæpeque ejus consiliis obstitit. Neque verò non<sup>9</sup> fuit apertum, si ille non fuisset<sup>10</sup>, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum. Qui postquam domum a suis civibus revocatus est, quod Bœotii et Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant, Conon nihilò secius apud præfectos regis versabatur<sup>11</sup>, hisque omnibus erat usui<sup>12</sup>.

III. Defecerat<sup>13</sup> a rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi, quam ceteris erat apertum<sup>14</sup>: multis enim, magnisque meritis apud regem, etiam cum in officio non maneret<sup>15</sup>, valebat. Neque admirandum, si non faciliè ad credendum inducebatur, reminiscens ejus se operam Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit, primum, ex more Persarum, ad chiliarchum<sup>16</sup>, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithrastem

<sup>1</sup> *Generum*, yerno. (Farnabazo estaba casado con Apanua, una de las hijas de Jérges. <sup>2</sup> *Effectis multo labore... ut apud illum multum valeret gratia*, logró á fuerza de muchas fatigas y peligros el granjearse su gracia y valimiento. <sup>3</sup> *Ex intimis*, siendo de los mas íntimos. <sup>4</sup> *Coierat*, habia hecho estrecha liga. <sup>5</sup> *Hunc adversus* (anátrofe por *adversus hunc*). <sup>6</sup> *Re quidem veram*, mas en hecho de verdad (quidem se usa tambien en vez de *autem*). <sup>7</sup> *Ducem summum*, generalísimo. <sup>8</sup> *Impedivit*, embarazó. <sup>9</sup> *Neque verò non*, y fué bien, manifiesto. <sup>10</sup> *Si ille non fuisset*, si él no se hubiera hallado aquí, Agesilao hubiera quitado al rey la Asia hasta el Tauro. <sup>11</sup> *Nihilò secius... versabatur*, no por eso dejaba de mantenerse en el favor de los generales. <sup>12</sup> *Magno erat usui*, de una suma utilidad.

III. <sup>13</sup> *Defecerat*, habia hecho traicion; se habia rebelado. <sup>14</sup> *Erat apertum*, era tan notorio. <sup>15</sup> *In officio non maneret*, aun en medio de haber faltado á su obligación y fidelidad. <sup>16</sup> *Chiliarchum*, se presentó á Titráustes, capitán de la guardia y mayordom o mayor de palacio...



accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille: « Nulla, inquit, mora<sup>1</sup> est: sed tu delibera utrum colloqui malis, an per litteras edere quæ cogitas: necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari e regem (quod προσκυεῖν illi vocant). Hoc si tibi grave est<sup>2</sup>, per me nihil secius<sup>3</sup>, editis mandatis, conficies quod studes. » Tum Conon: « Mihi verò, inquit, non est grave quemvis honorem habere regi<sup>4</sup>; sed vereor ne civitati meæ sit opprobrium, si, cum ex eâ sim profectus, quæ ceteris gentibus imperare<sup>5</sup> consueverit, potius barbarorum quàm illius more<sup>6</sup> fungar. Itaque, quæ volebat, huic scripta tradidit.

IV. Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicârit, et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium<sup>7</sup> Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optimè suos nêsse deberet: sed se suadere, Pharnabazoid negotii daret. Hinc, magnis muneribus donatus, ad mare est missus, ut Cypriis et Phœnicibus, ceterisque maritimis civitatibus naves longas<sup>8</sup> imperaret<sup>9</sup>, classemque, quâ proximâ æstate mare tueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmoniiis est nuntiatum, non sine curâ<sup>10</sup> rem administrârunt, quòd majus bellum imminere arbitrabantur, quàm si cum barbaro solum contenderent. Nam duces fortes et prudentem regiis opibus<sup>11</sup> præfuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis, superare possent. Hac mente<sup>12</sup> magnam contrahunt classen; proficiscuntur Pisandro

<sup>1</sup> *Nulla mora*, no hay detención ni dificultad alguna. <sup>2</sup> *Tibi grave est*, se te hace gravoso. <sup>3</sup> *Per me nihil secius*, por mí igualmente llegarás á lograr lo que deseas, manifestando por escrito tu comisión. <sup>4</sup> *Honorem habere regi*, honrar al rey. <sup>5</sup> *Imperare*, dar la ley. <sup>6</sup> *More*, observar antes las costumbres y estilo.

IV. <sup>7</sup> *Id arbitrium*, que esta elección no le tocaba á él, sino al mismo rey. <sup>8</sup> *Longas*, de guerra. <sup>9</sup> *Imperaret*, mandase aprontar. <sup>10</sup> *Non sine curâ*, no sin solicitud hicieron sus preparativos. <sup>11</sup> *Regiis opibus*, fuerzas del rey de Persia. <sup>12</sup> *Hac mente*, en esta inteligencia.

Προσκυεῖν léase *proskunein*, que ellos llaman adorar. *Quem vellet*. Semejante oficial se

llamaba entre los Romanos cuestor, que corria con los gastos y provisiones para la guerra.

duce. Hos Conon apud Cnidum adortus, magno prælio fuga, multas naves capit, complures deprimit. Quâ victoriâ non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est Conon cum parte navium in patriam venit: muros dirutos a Lysandro, utrosque, et Piræi et Athenarum, reficiendos curat, pecuniæque quinquaginta talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

V. Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsideratio<sup>2</sup> in secundâ quàm in adversâ esset fortunâ. Nam classe Peloponnesiorum devictâ, cum ultum se<sup>3</sup> injurias patriæ putaret, plura concupivit, quàm efficere potuit. Neque tamen ea<sup>4</sup> non pia et probanda fuerunt; quòd potius patriæ opes augeri quàm regis, maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi pugnâ illâ navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset<sup>5</sup>, non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit, ut Ioniam et Æoliâ restitueret Atheniensibus. Id cum minus diligenter<sup>6</sup> esset celatum, Teribazus, qui Sardibus præerat<sup>7</sup>, Cononem evocavit<sup>8</sup>, simulans ad regem eum se mittere velle magnâ de re. Hujus nuntio parens<sup>9</sup> cum venisset, in vincula conjectus est; in quibus aliquandiù fuit Nonnulli eum ad regem adductum, ibique periisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitat, utrum Teribazo sciente<sup>10</sup>, an imprudente, sit factum.

<sup>1</sup> *Capit... Deprimit...* Apresó... Echó á pique.

V. <sup>2</sup> *Inconsideratio*, mas imprudente é inconsiderado. <sup>3</sup> *Se ultum sup. esse*, que se habia vengado de los agravios. <sup>4</sup> *Ea*, estos designios. <sup>5</sup> *Constituisset*, habiéndose granjeado. <sup>6</sup> *Id cum minus diligenter*, mas no habiéndose ocultado esto con el mayor cuidado. <sup>7</sup> *Præerat Sardibus*, que era gobernador de Sárdis. <sup>8</sup> *Evocavit*, llamó á su presencia. <sup>9</sup> *Hujus nuntio parens*, obediente á esta embajada. <sup>10</sup> *Teribazo sciente*, con noticia de Teribazo, ó no...

*Cnidum*. Cerca de Cnido, ciudad en la punta de la península que forma la Caria, hoy Cabo-Erio

*Dinon*. Escribió la historia de Persia, y vivió en tiempo de Atajerjes VIII.



## TIMOTHEUS.

Cap. I. Timotheus, Cononis filius, Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus<sup>1</sup>, impiger<sup>2</sup>, laboriosus<sup>3</sup>, rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ<sup>4</sup>. Multa hujus sunt præclare facta, sed hæc maximè illustria. Olynthios<sup>5</sup> et Byzantios bello subegit: Samum cepit, in quâ oppugnandâ<sup>6</sup> superiore<sup>7</sup> bello Athenienses mille et ducenta talenta consumpserant. Id. <sup>8</sup> ille sine ullâ publicâ impensâ populo restituit. Adversum Cotym<sup>9</sup> bella gessit, ab eoque mille et ducenta talenta prædæ in publicum detulit<sup>10</sup>. Cyzicum<sup>11</sup> obsidionem liberavit. Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est: a quo cum Laco<sup>12</sup> pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cuius partem domum cum ferre posset. Itaque accepit Erichthonem et Sestum<sup>13</sup>.

II. Idem classi præfectus circumvehens<sup>14</sup> Peloponnesum, Laconiam populatus<sup>15</sup>, classem eorum fugavit. Corcyram<sup>16</sup> sub imperium Atheniensium redegit: sociosque idem adjunxit Epirotas<sup>17</sup>, Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quæ mare illud adjacent. Quo facto Lacedæmonii de diutinâ contentione<sup>18</sup> desiterunt, et suâ sponte Atheniensibus imperii mari-

I. INTERP. <sup>1</sup> *Disertus*, elocuente. (Confirmalo Ciceron, lib. I de los Oficios). <sup>2</sup> *Impiger*, activo, pronto. <sup>3</sup> *Laboriosus*, aficionado al trabajo. <sup>4</sup> *Civitatis regendæ*, en el gobierno civil. <sup>5</sup> *Olynthios*, los de Olinta (ciudad de Tracia). <sup>6</sup> *In quâ oppugnandâ*, en cuyo silio. <sup>7</sup> *Superiore*, antecedente. <sup>8</sup> *Id.*, esta suma. <sup>9</sup> *Cotym*, Côtis. <sup>10</sup> *In publicum detulit*, puso en el erario real. <sup>11</sup> *Cyzicum*, à Cízico. <sup>12</sup> *Laco*, Agesilao espartano. <sup>13</sup> *Erichthomem et Sestum*, Erichthon y Sesto.

II. <sup>14</sup> *Circumvehens*, costeando (en vez de *circumvectus*). <sup>15</sup> *Laconiam populatus*, habiendo saqueado la Laconia. <sup>16</sup> *Corcyram*, Corfú. <sup>17</sup> *Epirotas*, pueblo del Epiro. <sup>18</sup> *De diutinâ contentione*, del empeño de tan largo tiempo sobre la preeminencia..

Quæ mare illud adjacent, que están situadas á lo largo de aquel mar. Es expresion algo anticuada,

en lugar de *mari illi* ó *ad mare illud*.

timi principatum<sup>1</sup> concesserunt: pacemque his legibus constituerunt<sup>2</sup>, ut Athenienses mari duces essent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum<sup>3</sup> aræ Paci publicæ sint factæ, eique deæ pulvinar sit institutum. Cujus laudis<sup>4</sup> ut memoria maneret, Timotheo publicè statuam in foro posuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, cum patri<sup>5</sup> populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic juxta posita recens filii veterem patris renovavit<sup>6</sup> memoriam.

III. Hic cum esset magno natu<sup>7</sup>, et magistratus gerere desiisset, bello Athenienses undique premi<sup>8</sup> sunt cepti. Defecerat<sup>9</sup> Samus; descierat<sup>10</sup> Hellespontus; Philippus jam tum valens<sup>11</sup> Macedo multa moliebatur; cui oppositus Charescum esset, non satis in eo præsidii<sup>12</sup> putabatur. Fit Menesthus prætor, filius Iphicratis, gener Timothei, et ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium<sup>13</sup> dantur duo usu et sapientiâ præstantes, quorum consilio uteretur, pater et socer: quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa posse recuperari. Hi cum Samum profecti essent, et eodem Chares, adventu eorum cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur; quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt<sup>14</sup>. At ille, temerariâ usus ra-

<sup>1</sup> *Imperii maritimi principatum*, el señorío de los mares. <sup>2</sup> *Constituerunt*, ajustaron. <sup>3</sup> *Tum primum*, que entonces por la primera vez. <sup>4</sup> *Cujus laudis*, de esta gloria. <sup>5</sup> *Patri*, á Conon. <sup>6</sup> *Juxta posita recens filii renovavit*, levantada la nueva estatua del hijo al lado de la del padre, refresecó, etc.

III. <sup>7</sup> *Magno natu*, de avanzada edad. <sup>8</sup> *Premi undique*, á ser acometidos por todas partes. <sup>9</sup> *Defecerat*, se habia rebelado. <sup>10</sup> *Descierat*, habia negado la obediencia. <sup>11</sup> *Jam tum valens*, que ya por entonces se hallaba pujante. <sup>12</sup> *Non satis in eo præsidii*, no le juzgaban con bastantes fuerzas. <sup>13</sup> *In consilium*, por consejeros. <sup>14</sup> *Classem suppresserunt*, echaron âncoras..

*Eique deæ pulvinar sit institutum*, y se dispuso lecho para poner la estatua de aquella diosa. *Pulvinaria* eran unos almohadones sagrados que ponian los antiguos Griegos y Romanos en sus templos sobre unas camas ó lechos para que estuviesen

algo incorporadas las estatuas de sus divinidades. Estas camas estaban al rededor de una mesa cubierta de exquisitas viandas, que comian los sacerdotes epulones. Entre los Romanos se llamaba *lectisternium* este sacrificio



lione<sup>1</sup>, non cessit majorum natu<sup>2</sup> auctoritati: et, ut si in suâ navi esset fortuna, quò contenderat<sup>3</sup> pervenit, eodemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc, malè re gestâ, compluribus amissis navibus, eodem unde erat profectus, serecepit, litterasque Athenas publicè misit<sup>4</sup>: sibi proclive<sup>5</sup> fuisse Samum capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset. Ob eam rem in crimen vocabantur<sup>6</sup>. Populus acer<sup>7</sup>, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentia, domum revocat. accusantur prodicionis. Hoc judicio damnatur Timotheus, lisque ejus aestimatur<sup>8</sup> centum talentis. Ille, odio ingrata civitatis coactus, Chalcidem<sup>9</sup> se contulit.

IV Hujus post mortem, cum populum judicii<sup>10</sup> sui pœneret, multâ novem partes detraxit<sup>11</sup>, et decem talenta Cononem filium ejus, ad muri quamdam partem reficiendam, jussit dare: in quo fortunæ varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium prædâ patriæ restituerat, eodem nepos cum summâ ignominia familiæ ex suâ re familiari<sup>12</sup> reficere coactus est, Timothei autem moderatæ sapientisque vitæ<sup>13</sup> cum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quòd ex eo facilè conjici poterit quàm carus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret<sup>14</sup>, non solum amici privatique hospites<sup>15</sup> ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis Jason<sup>16</sup> tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patriâ<sup>17</sup> sine satellitibus<sup>18</sup> se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio<sup>19</sup> venit: tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire<sup>20</sup>.

<sup>1</sup> *Temerariâ usus ratione*, tomando un partido temerario. <sup>2</sup> *Majorum natu*, de los ancianos. <sup>3</sup> *Quò contenderat*, á donde se habia propuesto. <sup>4</sup> *Publicè misit*, y escribió de oficio al gobierno de Atenas. <sup>5</sup> *Proclive*, cosa fácil. <sup>6</sup> *Vocabantur*, eran acusados. <sup>7</sup> *Acer*, violento, impetuoso. <sup>8</sup> *Lisque ejus aestimatur*, y lo multaron. <sup>9</sup> *Chalcidem*, á Cálcidas (ciudad en la isla Eubea).

IV. <sup>10</sup> *Judicii*, de su sentencia. <sup>11</sup> *Detrahit*, rebajó. <sup>12</sup> *Ex suâ re familiari*, de su propio caudal, á su costa. <sup>13</sup> *Moderatæ sapientisque vitæ*, de la moderacion y prudencia de su vida. <sup>14</sup> *Causam diceret*, defendiéndose en juicio. <sup>15</sup> *Privatique hospites*, y sus mas allegados huéspedes. <sup>16</sup> *Jason*, Jason, tirano (de la Tesalia, distinto del jefe de los Argonautas). <sup>17</sup> *Patriâ*, esto es, en Fâras, ciudad de la Tesalia. <sup>18</sup> *Sine satellitibus*, sin estar cercado de guardias. <sup>19</sup> *Sine ullo præsidio*, sin escolta alguna. <sup>20</sup> *Adire periculum capitis*, exponerse á perder la vida.

quàm Timotheo de samâ dimicanti<sup>1</sup> deesse<sup>2</sup>. Hunc adversus<sup>3</sup> tamen Timoteus postea populi jussu bellum gessit, patriæque sanctiora jura quàm hospitii esse duxit<sup>4</sup>. Hæc extrema fuit ætas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illâ urbe fuit dignus memoriâ.

<sup>1</sup> *De samâ dimicanti*, cuando hacia los mayores esfuerzos proponer en salvo su honor. <sup>2</sup> *Deesse*, dejar de ayudar. <sup>3</sup> *Hunc adversus* (anástrofe, por *adversus hunc*). <sup>4</sup> *Sanctiora duxit*, y tuvo por mas sagrados y respetables.

## T. POMPONII ATTICI VITA.

Cap. I. Pomponius Atticus, ab origine ultima stirpis romanæ generatus, perpetuò a majoribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre usus est<sup>1</sup> diligente, indulgente, et, ut tum<sup>2</sup> erant tempora, diti, in primisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet<sup>3</sup>, filium erudit. Erat autem in puero, præter docilitatem<sup>4</sup> ingenii, summa<sup>5</sup> suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter arriperet quæ<sup>6</sup> tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Quâ ex re in pueritiâ nobilis inter æquales<sup>7</sup> ferebatur, clariùsque exsplendescibat<sup>8</sup>, quàm

I. INTERP. <sup>1</sup> *Patre usus est*, tuvo un padre, etc. <sup>2</sup> *Et ut tum*, y para aquellos tiempos, rico. <sup>3</sup> *Impertiri debet*, debe emplearse. <sup>4</sup> *Præter docilitatem*, á mas de la facilidad de aprender. <sup>5</sup> *Summa*, una suma dulzura en la pronunciacion. <sup>6</sup> *Celeriter arriperet quæ*, concebía prontamente lo que se le enseñaba. <sup>7</sup> *Nobilis inter æquales*, se señalaba singularmente entre sus iguales y compañeros de escuela. <sup>8</sup> *Clariùsque exsplendescibat*, y empezó á lucir mas de lo que podian sufrir sin envidia...

*Generatus ab ultima origine stirpis romanæ*, descendiente de una de las casas primitivas y solariegas de Roma. Era opinion que descendia de Pomponio, hijo de Numa, segundo rey de los Romanos.

*Perpetuò*, se mantuvo toda su vida en el órden ecuestre, dignidad heredada de sus antepasados. El órden de los caballeros era el medio entre el senatorio y el plebeyo.